

tituyen para la milicia, cuando sus individuos mueren por defender el bien común de la patria, pueden ser mártires, y que entonces estos religiosos serían más heroicos que los individuos de otras Ordenes:

«Nihil prohibet hujusmodi religiosos (qui instituuntur propter militiam) in aliquo casu meritum martirii consequi, et secundum hoc præferri aliis religiosis; sicut et opera activa interdum in aliquo casu præferuntur contemplationi.»

En la respuesta ad 3.<sup>um</sup> de este artículo trae el Angélico Maestro una doctrina muy importante, especialmente sobre la materia del ayuno. Dice así: «Ad tertium dicendum, quod arctitudo observantiarum non est illud quod præcipue in religione commendatur... Et ideo non est potior religio ex hoc quod habet arctiores observantias, sed ex hoc quod ex majori discretione sunt ejus observantiæ ordinatæ ad finem religionis; sicut ad continentiam efficacius ordinatur maceratio carnis per abstinentiam cibi et potus, quæ pertinent ad famem et sitim, quam per subtractionem vestium, quæ pertinent ad frigus et nuditatem, et quam per corporalem laborem.»

#### CAPÍTULO IV

DE LA OBLIGACIÓN QUE TIENEN LOS RELIGIOSOS DE CAMINAR Á LA PERFECCIÓN, Y CÓMO Y CUÁNDO PECAN FALTANDO Á ELLA.

3663. Habiendo tratado de las principales cuestiones que conviene saber acerca del estado religioso en general, se pregunta: ¿tiene el religioso obligación grave de caminar á la perfección?

R. La perfección puede ser de tres maneras: he aquí cómo explica este punto el Compendio Salmaticense (tract. XXXVIII, cap. I, punct. 4, num. 20): «Perfectio christiana con-

sistit in observantia præceptorum; perfectio religiosa in observantia propriæ professionis et instituti; et perfectio Episcoporum in observantia proprii ministerii. Christianus quippe potest esse perfectus sine observantia professionis religiosæ, et religiosus potest esse perfectus sine observantia ministerii episcopalis, aut e contra. Potest etiam distingui perfectio præcepti seu necessitatis, et perfectio consilii seu supererogationis. Illa consistit in observantia præceptorum; et est necessaria ad salutem, juxta illud (Matthæi, 19): *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. Hæc autem consistit in observantia consiliorum; et non est necessaria ad salutem, nisi quibus sponte se adstringunt verbis Domini: *Si vis perfectus esse, vende omnia... et sequere me* (ibid.). Prima convenit omni christiano; secunda autem est propria religiosorum, qui, non contenti observantia præceptorum, consiliis obedientiæ, castitatis, et paupertatis in professione Deo se devovent.»

En el núm. 21 continúa el Compendio Salmaticense: «Verum licet omnes possint et debeant esse perfecti per respectivam observantiam præceptorum et consiliorum, tamen solum Episcopi et religiosi dicuntur esse in statu perfectionis, quia status est firmus et ex se perpetuus; et ut sic, quantum ad perfectionem externam, seu quoad Ecclesiam, solum competit Episcopis et religiosis. In ipso autem statu perfectionis distinguuntur tres gradus, nempe, *incipientium, proficientium et perfectorum*; quibus triplex respondet via: *purgativa, illuminativa et unitiva*. Purgativa est propria *incipientium*, qui purgant animam a vitiis et peccatis præteritis dolore, lacrymis, pœnitentia, mortificatione. *Illuminativa* est via *proficientium*, quia anima purgata, satacunt evellere passiones, et acquirere virtutes, eundo semper de virtute in virtutem. *Unitiva* est *perfectorum*,

qui, superatis cupiditatibus cordis, et sedatis sævis passionum fluctibus, perfruuntur divina unione, et fere continuo vacant Deo, quia jam factus est in pace locus eorum et habitatio eorum in Sion. Hic est status Episcoporum, quorum ministerium potius est ad alios quam ad se ipsos perficiendos. Væ autem illis qui ambiunt ministerium perfectorum, quin habeant virtutes perfectorum! Religiosi non tenentur esse perfecti sicut Episcopi, sed amare, sectari, et tendere ad perfectionem. Sicut Pythagoras ajebat, se non esse sophum, sed philosophum, hoc est, non esse sapientem, sed amatorem sapientiæ.» (Angelicus, q. 184, art. 5.)

3664. P. ¿Están obligados sub gravi los religiosos ad perfectionem tendere?

R. He aquí la respuesta del Compendio Salmaticense, en el mismo lugar, núm. 22: «Affirmative, quia tendere ad perfectionem est de essentia status religiosi, vel saltem ejus proprietatis inseparabilis. Igitur hæc est obligatio gravis, imo et principalis religiosi; ita ut, si deponeret animum ultra progrediendi aut proficiendi in via perfectionis, esset in statu lethali. Ideo numquam debet quiescere aut sistere in hac via, nec dicere: *satis est*; sed perpetuo altiora aspirare juxta vocationem sui instituti. Nam in via Dei non progredi, regredi est. Unde optime dixit Div. Bernardus, epist. 255: «Nolle proficere, deficere est. Ubi ergo sunt qui dicere solent: *sufficit nobis, nolumus esse meliores quam patres nostri*? O monache! Non vis proficere? » Nequaquam. Quid ergo? Sic, inquis, » vivere volo, et manere in quo perveni; nec peior fieri patior, nec melior cupio: hoc ergo vis quod esse non potest.»

Después pregunta el Compendio Salmaticense, en el núm. 23: «Quid agere debeat religiosus pro implenda obligatione tendendi ad perfectio-

nem?» Y responde así: «Teneri diligenter observare non omnia consilia, sed illa ad quæ in sua professione se obstrinxit juxta regulam et constitutiones propriæ religionis.»

Poco más adelante dice así: «An religiosus habens animum servandi omnia obligantia sub gravi, non curando de cæteris passim violando alias regulas et constitutiones ad quas non tenetur sub mortali, peccet graviter?» A cuya pregunta da el Compendio Salmaticense la siguiente respuesta: «Affirmative (esto es, que pecaría mortalmente el tal religioso); quia religiosus ex vi sui status tenetur sub gravi tendere ad perfectionem; sed impossibile est ad eam tendere non curando de regulis et constitutionibus suæ religionis observandis: ergo vera est resolutio. Imo adeo vera mihi apparet, ut ignorem quomodo opposita valeat sustineri; perfectio enim religiosi non stat præcise in observantia trium votorum et præceptorum, sed etiam in complexu regulæ et constitutionum, sine quarum observantia nulla est perfectio religiosa, imo nec possunt observari vota. Dicunt aliqui religiosi solum ad vota et precepta formalia teneri sub gravi ex vi suæ professionis; ad regulam autem et constitutiones tantum obligari ad summum sub veniali: igitur earum transgressio non est gravis, nisi ex contemptu; et sic docere ajunt Divum Thomam, 2.<sup>a</sup> 2.<sup>æ</sup>, q. 186, art. 9.» Hasta aquí el Compendio Salmaticense, en el lugar citado, núm. 26.

Con repugnancia he entrado en la dilucidación de esta importante cuestión; porque, aparte de que su resolución es difícil, había leído esta doctrina del Compendio Salmaticense, y, tal cual la resuelve, me parecía algún tanto exagerada, y además contraria á Santo Tomás en la q. 186, art. 9, en la respuesta al primer argumento; y así, aunque me alargue más de lo que quisiera, voy á trans-

cribir literalmente todas las palabras del Angélico Maestro. Dice así:

«Ad primum ergo dicendum, quod ille qui profitetur regulam non vovet servare omnia quæ sunt in regula; sed vovet regularem vitam, quæ essentialiter consistit in tribus prædictis votis (paupertatis, castitatis et obedientiæ). Unde et in quibusdam religionibus cautius aliqui profitentur, non quidem regulam, sed vivere secundum regulam, id est, tendere ad hoc, ut aliquis mores suos informet secundum regulam, sicut secundum quoddam exemplar: *et hoc tollitur per contemptum*. In quibusdam autem religionibus adhuc cautius profitentur obedientiam secundum regulam; ita quod professioni non contrariatur nisi id quod est contra præceptum regulæ; transgressio vero vel omissio aliorum obligat solum ad peccatum veniale; quia, sicut dictum est (art. 7 hujus quæstiones, ad 2.<sup>um</sup>), hujusmodi dispositiones sunt ad principalia vota. Peccatum autem veniale est dispositio ad mortale, ut supra dictum est (1.<sup>a</sup> 2.<sup>a</sup>, q. 88, art. 3), in quantum impedit ea quibus aliquis disponitur ad observanda principalia præcepta legis Christi, quæ sunt præcepta charitatis. In aliqua tamen religione, scilicet, Ordinis Fratrum Prædicatorum, transgressio talis vel omissio ex suo genere non obligat ad culpam neque mortalem neque venialem, sed solum ad pœnam taxatam sustinendam; quia per hunc modum ad talia observanda obligantur: qui tamen possent venialiter vel mortaliter peccare ex negligentia, vel libidine, seu contemptu.»

De las palabras anteriores de Santo Tomás se infiere que el religioso que profesa en una Orden cuya regla y constituciones no obligan secundum se ni áun á culpa venial, como sucede en la Orden de Predicadores, pero que obligan á sufrir la pena que el prelado imponga por la transgresión, no cometerá culpa aunque traspase

alguna de las leyes ó constituciones de su Orden, si *por otra parte* aquellas acciones no tienen malicia alguna. Por ejemplo: un religioso Dominicano, en una oficina en que está mandado el silencio, estando á solas con un compañero, habla con él un largo rato sobre cosas buenas de ascética ó de teología; si el tratar de estas cosas no era entonces necesario y urgente, falta á la constitución del silencio, pero no cometerá culpa alguna teológica: no obstante, el prelado podría castigar á los dos, y ellos deberían en conciencia cumplir la pena de la ley que les impusiese, porque á esto se obligaron cuando profesaron esta regla y constituciones, que, si bien por sí mismas no obligan á culpa, obligan en conciencia á cumplir la pena que el prelado imponga por la transgresión, por más que no fuese pecaminosa ni áun venialmente.

Digo que está obligado á cumplir la pena que el prelado imponga por la transgresión, porque, como muy bien dice Cayetano, mientras el prelado no aplique la pena al súbdito, por más que ella esté tasada en la regla y constituciones, el súbdito no está obligado á ejecutarla. Por ejemplo: en el capítulo 12 (del silencio) se leen estas palabras: «Si quis silentium fregerit ex proposito, vel licentiam loquendi dederit, in uno prandio aquam bibat, et in capitulo coram omnibus unam disciplinam recipiat;» y un poco más abajo se lee: «Si quis tamen inter duo capitula septies silentium fregerit, in uno prandio se deat in terra.»

El doctísimo Cayetano, Maestro General que fué de la Orden de Predicadores, dice, y dice muy bien, que las penas que se ponen en la anterior constitución del silencio no están el súbdito obligado en conciencia á cumplirlas, mientras el prelado no se las imponga en particular, porque esta pena es una regla ó constitución, y es regla general en nuestra Orden,

como se lee en el núm. 5 del prólogo de nuestras constituciones: «Volumus et declaramus, ut regula nostra et constitutiones nostræ non obligent nos ad culpam, sed ad pœnam; nisi propter præceptum vel contemptum.»

La anterior doctrina del cardenal Cayetano, en el comentario sobre el art. 9 de la q. 186 de la 2.<sup>a</sup> 2.<sup>a</sup> de Santo Tomás, es muy verdadera, y en un todo conforme á las palabras literales del prólogo de las constituciones de la Orden de Predicadores en el citado núm. 5, que dicen así: «Pœnis tamen absolutionis ab officio, »privationis vocis activæ vel passivæ, »gravioris culpæ, et aliis majoribus »(quantumcumque, tam in constitutionibus quam extra, ipso facto sint »incurræ, nisi sit pœna excommunicationis latæ sententiæ) nullus »sit subjectus, nisi superveniat »declaratio prælati in particulari respectu hujus; quantumcumque etiam »notorium facti, vel juris, aut utriusque »interveniat;» pero aquí se ha de advertir que, como se dice en nuestras constituciones, edición de París de 1872, aprobadas por el Capítulo general de Gante celebrado en 1871, las penas que la ley dice que se incurren *ipso facto*, y que, según las mismas constituciones, exigen la declaración del prelado en particular, hecha ésta, no es necesario que el prelado imponga la pena, sino que *declare que se ha cometido la culpa* contra la cual las constituciones imponen *ipso facto* la pena; y así dicen las constituciones (núm. 404) que basta la declaración del prelado «in qua pronuntiet quod talis incidit in talem culpam a lege nostra prohibitam, et sic incurrit ipso facto talem pœnam a lege determinatam.» De modo que, exceptuada la excomuniõn mayor lata, el Dominicano no incurre *de facto* en ninguna pena que deba cumplir, hasta que intervenga la declaración en particular del prelado.

3665. Resta ahora explicar aque-

llas palabras del Angélico Maestro en la respuesta ad 1.<sup>um</sup>, que quedan copiadas, á saber: «Qui tamen (los transgresores de alguna constitución de la Orden Dominicana) possent venialiter vel mortaliter peccare ex negligentia, vel libidine, seu contemptu.»

El cardenal Cayetano, según acaba de manifestar á la Iglesia Nuestro Santísimo Padre León XIII, obtiene el primer lugar entre los genuinos comentadores del Angélico Maestro. Pues bien; este profundo teólogo explica los tres modos que pone Santo Tomás con que puede pecar un religioso Dominicano traspasando sus constituciones, que *ex parte operis* no obligan á culpa, y así el pecado es *ex parte operantis*. Dice así:

«Et propterea trifariam potest ex parte operantis ingredi genus culpæ actus, qui secundum se extra genus culpæ a lege positus est. Numerantur autem in littera tres modi, quibus ex parte operantis actus hujusmodi sit culpa. Primus, qui manifestus est, dicitur *ex contemptu*. Patet enim quod si quis ex contemptu frangat silentium, peccat; et hoc etiam erat in lege cautum: sed connumeratus est ab auctore hic modus inter alios, quia ex parte operantis se tenet. Secundus est *ex cupiditate*, et hic manifestatur per locum a majori. Comedere enim actus extra genus culpæ est necessarius, ac sub præcepto naturali cadens; et tamen, si cupiditas excesiva adsit, peccatum fit. Multo ergo magis actus non præceptus, sed excusatus secundum se a culpa, puta, comedere carnes, si ex concupiscentia fiat, peccatum erit. Tertius est *ex negligentia*, qui potest dupliciter intelligi. Primo, ut quandocumque omissioni actus adjungitur negligentia, ut causa illius, tunc isti religiosi peccant, sicut cum cupiditas est causa actus, etiam peccare dicuntur. Et hæc quidem expositio vera est proculdubio; quoniam, si vere interve-

nit ibi negligentia *ut causa*, non evaditur culpa.

«Sed quia in dubium vertit argumentum, an incuria actus regularis, puta, eundi ad lectionem hora debita, sit vere negligentia an non, oportet dicere ad hoc, et respondetur affirmative, quod est vere negligentia, quæ est culpa. Ad cujus evidentiam scito, quod non minus invenitur culpa volendo indebite, quam operando indebite, cum culpa principaliter sit in voluntate. In operationibus autem hoc invenitur, quod licet aliquis sine culpa possit voluntarie opus aliquod, puta, orationem vel lectionem omittere, si tamen orat vel legit, peccat negligenter orando aut legendo. Unde similiter in volitionibus dicendum est, quod, licet aliquis possit sine culpa aliquid nolle, si tamen vult, peccat, nisi recte velit.

«Inter religiosum autem absolute omittentem voluntarie ire ad lectionem hora debita, et eundem negligenter omittentem ire ad lectionem hora debita, hæc est differentia, quod ille absolute non vult ire, sed vult non ire ad lectionem; iste autem vellet ire, sed negligentia detinetur ne eat. Et propterea in illo nulla ratio culpæ invenitur, nisi ex genere actus, quæ culpæ ratio ex eorum lege sublata est; in isto autem culpæ ratio aliunde ingreditur, scilicet, ex hoc quod vult, et *segniter* vult. Tenetur enim, ex quo vult, sine ulla mala conditione velle; et hæc est *secunda* expositio. Et sic religiosi isti *duplitter* possunt in regularibus observantiis ex negligentia deficere culpabiliter, scilicet, ex negligentia *extrinseca*, juxta *primam* expositionem; vel ex negligentia *intrinseca*, juxta *secundam* expositionem, puta, cum ex affectus tepiditate omittit ire ad lectionem.

«Et per hæc patet solutio objectionis in oppositum. Falsum namque assumitur, cum dicitur, quod *ubi voluntaria transgressio non est culpa, ibi nec negligentia est culpa*; quoniam stat

voluntariam transgressionem non esse culpam ex suo genere, et negligentiam esse culpam ex parte operantis, etc. Probatio autem nihil valet; quia voluntarium culpabile non solum invenitur ex genere actus, sed etiam ex parte operantis; ex qua parte negligentia religiosi ad regulares observantias excusatas culpa, ex suo genere a religionis suæ vinculo, voluntaria a culpa est ex specialibus.»

**3666.** Esta misma doctrina de Cayetano la pone el muy docto Billuart al fin de la disertación 1.<sup>a</sup> De *statu religioso*, art. 7, donde dice así:

«Dixi 2.<sup>o</sup> transgressionem regulæ et constitutionum hujusmodi non esse culpam ex parte operis; posse tamen esse culpam ex parte operantis: et hoc triplici modo, inquit Sanctus Thomas, scilicet, ex negligentia, libidine, et contemptu. Explicatur. Ex negligentia, cum quis absque rationabili causa seu fine honesto movetur ad non implendum statutum; censetur enim negligi statutum seu lex, quando sine rationabili causa non servatur; agere autem etiam in indifferentibus absque rationabili causa est peccatum veniale. Quod si ex honesto fine et rationabili causa regulam transgreditur, non solum non peccat, sed facit actum virtutis; virtus enim est agere ex motivo honesto indifferentia, qualis est in casu transgressio legis quoad substantiam, vi decreti non obligantis ad culpam.

«Sed statim insurgit difficultas, quomodo obligatur ad pœnam ille qui non solum non peccat, sed facit actum virtutis; pœna enim non debetur nisi culpæ.—R. Pœnam hic non sumi specialiter pro vindicta peccati, sed communiter pro pœnalitate ad quam quis sponte ex pacto se obligavit, quod potest contingere etiamsi actus aut omissio ex qua contrahitur hæc obligatio sit virtuosa; sic, v. gr., in contractu in quo maneat libertas a culpa aliquid agendi vel non agendi, cum pacto tamen ut qui omittit sol-

vat tantum; si omissio fiat ex motivo honesto, erit virtuosa, et tamen omissio tenebitur solvere summam conventam.

«*Ex libidine.* Libido seu cupiditas est *inordinata* voluntas qua aliquid concupiscitur *plus quam dictat recta ratio*. Est ex genere suo peccatum veniale. Unde religiosus, qui, v. gr., ex sensualitate seu nimia cupiditate cibi violaret jejunium regulare, aut ex nimia curiositate seu loquacitate frangeret silentium, peccaret venialiter.

«*Ex contemptu.* Tunc aliquis transgreditur regulam ex contemptu, quando voluntas ejus renuit subjici ordinationi legis, *et ex hoc* procedit ad faciendum contra illam; si enim propter aliquam causam particularem, puta, concupiscentiam, vel iram, inducitur ad aliquid faciendum contra statutum legis, non peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa, *etiamsi frequenter ex eadem causa vel alia simili legem transgrediatur*; frequentia tamen peccati dispositive ad contemptum inducit. Duplex autem debet distingui contemptus, perfectus, et imperfectus. Perfectus est, quando quis renuit *in toto* subjici superiori vel legi; et transgressio ex tali contemptu procedens, *etiam in re levi*, est semper peccatum mortale; quia licet res sit levis, intentio tamen, qua directe tendit *contra totam superioritatem*, importat gravem injuriam. Imperfectus contemptus est, quando quis renuit subjici superiori vel legi *in aliqua re tantum*, sive gravi, sive levi, paratus ipsi obedire in aliis: transgressio ex tali contemptu, si sit in re gravi, est mortalis; si in re levi, est venialis.»

**3667.** En comprobación de lo que dice Billuart, voy á copiar lo que dice Silvio (2.<sup>a</sup> 2.<sup>o</sup>, q. 105, art. 1): «Non *absimiliter* B. Thomas (q. 186, art. 9 ad 3.<sup>um</sup>) scribit, quod *tunc committit aliquis vel transgreditur ex contemptu, quando voluntas ejus renuit subjici ordinationi legis vel regulæ*. Hoc

peccatum, quia est speciale, etiam specialiter est confitendum, si peccati mortalis gravitatem attingat. Quod propterea addo, quia potest esse veniale ex imperfectione actus non satis deliberati, ac insuper (ut verisimilius est) ex imperfectione materiæ, quando est contemptus præcepti superioris in re exigua, quemadmodum indicat Cajetanus in *Summula*, verbo *Contemptus*, num. 6 et 7, verbo *Inobedientia*, num. 3. Ne quis autem opinetur ipsum sibi contraria dicere, distinguendus est contemptus. Quidam enim est absolute seu perfecte talis; ut quando quis *omnino* non vult parere mandatis superioris: hoc modo inobedientia ex contemptu est mortale peccatum, etiam in re minima; quia licet res circa quam peccat sit secundum se parva, intentio tamen, qua directe tendit contra superioritatem, *absolute* renuens subjici mandato superioris, et propter hoc abstinens ab ejus impletione, quia præceptum est, gravem importat contemptum. Alius contemptus est talis secundum quid et imperfecte; veluti quando quispiam ideo non obedit prælato ut faciat contra ejus mandatum in minimo, paratus tamen *absolute* ipsi obedire in majoribus: inobedientia ex hujusmodi contemptu solum est peccatum veniale, quia non involvit contemptum nisi imperfectum.»

El Doctor San Ligorio, en el lib. 5, núm. 61, dice lo mismo que Billuart; y explicando cuándo el pecado venial pasa á ser mortal *ratione contemptus absoluti et formalis*, después de transcribir las palabras literales de Busembau, expone su opinión del modo siguiente: «Aliud igitur est contemnere legem seu legislatorem, etiam humanum, non qua talem personam, sed qua legislatorem, quod est mortale; aliud contemnere *rem præceptam*, quod est veniale, si materia sit levis.»

**3668.** Por último, los Salmaticenses, en el tomo 3 de su *Teología Moral*, tract. XI, cap. 2, punct. 2, § 4,